Fragmentarium

terium & cythara· exurgam diluculo· Confitebor
tibi in populis domine· & psallam tibi in nationibus· Quia
magna super celos misericordia tua· & usque ad nubes ue
ritas tua· Exaltare super celos deus· & super omnem
terram gloria tua· ut liberentur dilecti tui· Saluum
fac dextera tua & exaudi me· deus locutus est in
sancto suo· Exultabo & diuidam sycimam· & conualle
tabernaculorum dimetiar· Meus est galaad & meus est ma
nasses· & effraim susceptio capitis mei· Iuda
rex meus· moab olla spei mee· In idumeam ex
tendam calciamentum meum· mihi alienigene amici
facti sunt· Quis deducet me in ciuitatem mu
nitam· quis deducet me usque in idumeam· Nonne
tu deus qui repulisti nos· & non exibis deus in uirtu
tibus nostris· Da nobis auxilium de tribulatione· quia
uana salus hominis· In deo faciemus uirtutem·
& ipse ad nichilum deducet inimicos nostros·
Deus laudem meam ne tacueris· quia os peccato
ris & dolosi super me apertum est· Locuti sunt ad
uersum me lingua dolosa· & sermonibus odii
circumdederunt me· & expugnauerunt me gratis
Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi· ego

License: cc-by-nc – Frauenfeld, Kantonsbibliothek Thurgau, X 288a, back flyleaf – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ad6t/10899/78853)